

342 Si verò quæras an si Ecclesia exempta in alium transferatur locum, amittat exemptionem negativè resoluas, ex his que diximus sup. c. 11. de causis privandi Ecclesias sua Cathedralitate, ex num. 106.

343 Sicut etiam si quæras, an in Ecclesia exempta per privilegium, Episcopus amittat non solum jus quod in ea habet, sed etiam in Clericis? videnda sunt que dicimus infra c. 31. de Eccl. Cathed. Regul. ex nu. 25. cum pluribus sequ. ubi ex num. 109. invenies exemptionem Ecclesiarum Regularium, & quid operetur: & an secularizata Ecclesia exempta, duret exemptio? & nu. 118. an iterum reducta ad statum Regularem reconvaleat vel amittatur ubi num. 120. effectus, quos operatur, breviter narrantur.

346 Si verò Ecclesia exempta erigatur in Cathedrali, vel Regulari reductur ad statum secularem, an amittatur exemptio? negativè resoluas: ex latè adductis à Tamburino de Jur. Abbat. tom. 1. disp. 15. quest. 11. circa que est optima decisio Casaraugustana Jurisdictionis 4. Februarii coram Sacra, quam ad literam ponit Saravia de Advint. quest. 1. in fine, quam omnino videas: ubi latè resolvit per secularizationem Ecclesie Casaraugustane ex reductione de statu Regulari ad statum secularem, acquisivisse Capitulum seculare, privilegium Adjunctorum; non obstante quod Dominus Archiepiscopus omnimodam jurisdictionem solus in Canonicos Regulares exercerebat: vide etiam que diximus sup. c. 7. num. 62. 86. 116. & 135. licet si Ecclesia Collegiata erigatur in Cathedrali, privilegia antiqua non durare declaraverit Rota apud Farin. in post. decis. 313. nu. 5. tom. 2. cum tamen certum sit jus patronatus non deperdi ex eo quod status Ecclesie mutetur: Penna dec. 1058. n. 12. secun. Lugd. impress.

CAPUT XXXI.

De Ecclesiis Cathedralibus Regularibus.

S V M M A R I U M.

Christiani initio nascentis Ecclesie in communi vitam ducebant, 1.

Episcopi Clericos eligebant ut secum votis adstricti viverent, 2.

Canonicos Regulares quando instituit, tam in Cathedralibus quam in Collegiatis, 3.

Quis eos instituit, 4.

An ab Apostolis originem trahant, 5.

Cathedrales possunt esse Ecclesie Regulares, 6.

Viri Nobiles & Literati ambiebant esse Canonicos Regulares, 7.

Administratio bonarum quo pacto fiat in Ecclesiis Regularibus, 8.

Ecclesia Casaraugustana quando secularizata, 9.

Cathedrales Regulares plurima olim, & ubi: 10.

Plures moderne enumerantur, 11.

De Canonicis Regularibus qui videntur, 12.

Tamburinus reprobandor, qui Ecclesiam Pampilonen. inter Metropolitanas enumerat, 13.

Gerunden. item inter Regulares male enumerat, 14.

Pennatus item qui Priorem Ecclesie B. Mariae del Pilar in Pontificalibus celebrare, & Ordines minores conferre affirmat, 15.

Ecclesia del Pilar quomodo præminentias acquirat, 16.

Pennatus iterum deceptus in præminentis Ecclesie del Pilar in concurrentis cum Metropoli Casaraugustana in processibus, 17.

Navarro item deceptus dum B. Petrum de Arbes insignem Martyrem Canonicum Casaraugustanum, Ecclesie del Pilar attribuit, 18.

Navarri laudes, ibid.

Hodie omnes Cathedralis serè seculares sunt, 19.

Que Regulares in Hispania remanserunt, 20.

In quibus conveniant Cathedralis Regulares cum secularibus, 21.

Episcopi in Cathedralibus Regularibus omnimodam habent

Jurisdictionem in Canonicos, exceptis aliquibus, 22.

Secus autem ubi sunt indulgentia, vel consuetudines, 23.

In his que Regulari institutum respiciunt non cognoscit Episcopus, 24.

In Ecclesia exempta quid perdat Episcopus, 25. 29.

Privilegium concessum loco, censetur concessum personis loci, 26.

Episcopus in eis est loco Abbatis; Canonicis loco Monachorum, 27. 30. 53.

Episcopo assistit Jus commune, 28.

Episcopus in Cathedralibus Regularium habet Jurisdictionem privativam, 30. 55.

Abbas, vel Prior non potest cognoscere de causis criminalibus Canonicorum, nec Judicialiter, 31.

Tantum habet Jurisdictionem in levibus, & quomodo, 32.

Aquiparatur filiali Jurisdictioni, 33.

Episcopus quomodo procedat contra Canonicos Regulares, 34.

Potius obediendum Episcopo quam Abbati, 35.

Quando Episcopo: quando vero Abbati parendum, 36.

Episcopus ad Abbatem privativam habet Jurisdictionem in Criminalibus, 37.

Etiā si per viam inquisitionis procedat, 38.

Episcopus procedere potest, nec adveniens est primo Abbas, 39.

Præcipue si judicialiter agatur de puniendo delicto, 40.

Si in Cathedralibus sunt Monachi loco Canonicorum, idem procedit, 41. 54.

In Ecclesia Montis Regalis, Monachi sunt loco Canonicorum, ibid.

Etiā in eos exercet Jurisdictionem Episcopus, & in quibus, 42.

Monachos esse loco Canonicorum quomodo intelligatur, 43.

Beneficia Regularia in duplici differentia, 44.

Beneficia Regularia simplicia que? & que duplicia, 45.

Canonicos Regulares an gaudeant Advintis, 46.

Præcipue si extra Claustra vivant, 47.

Leges disponentes de Monachis habent locum in Canonicis Regularibus, 48.

Canonicos Regulares possunt esse patroni, & possulare, 49.

Delicta quando confitentur ut propria Monachorum, vel ut communia, 50.

Quando sunt propria, cognoscit Abbas: quando communia, Episcopus, 51.

Episcopus habet Jurisdictionem in Canonicis Cathedralium Regularium, sicut Collegiarum, 52.

Episcopus, qui simul est Abbas, omnem Jurisdictionem exercet, 53.

Episcopus consecratus etiam non religiosus habet omnem Jurisdictionem, 54.

In Collegiatis Regularibus Episcopus est loco Abbatis, 55.

Jurisdictione in dubio censetur data cumulativè, 56.

Respectu illius qui habet Jurisdictionem, non respectu alterius, 57.

Episcopus an habeat Jurisdictionem, etiam in concernentibus Regulari, 58.

Cathedralium Regularium duo genera, Canonicorum videlicet, & Monachorum, 59.

Abbas seu Prior limitatam habet Jurisdictionem in Canonicos, 60.

Communis opinio quare sequenda, 61.

Episcopus duplicem personam representat, & Episcopi, & Abbatis, 62.

An possit representare personam inferioris Dignitatis, 63.

Modus gubernandi Monachos melius sicut a Priore, 64.

Abbas maior est Episcopus in punitione Regularis, 65.

Episcopus in his Ecclesiis confert beneficia tanquam Episcopus, 66.

Abbas non potest conferre Canonicatus, nec Dignitates, 67.

Episcopus non tenetur explicare an faciat tanquam Episcopus, vel tanquam Abbas, 68.

Abbas sine strepitu & figura Judicii procedit, iuxta Regulam, 69.

Episcopus servata forma Juris, 70.

Episcopus eandem habet Jurisdictionem, etiam si mensa fuerint separata, 71.

Provisi Episcopo tenentur prestare obedientiam, 72.

Si duo fuerint Capitula, unumquodque a suo regitur Prelato, 73.

An hoc possit accidere in Cathedralibus, 74.

In una parte possunt esse seculares, in alia Regulares, 75.

Monachi omnes sunt exempti, 76.

Exemptio solum conceditur Monachis habitantibus in locis exemptis, 77.

Verum adiri debeat Abbas antequam Episcopus, 78.

Officium an debeat recitari in Cathedralibus Regularibus secundum Monachos, etiam a secularibus, 78. & seq.

Quilibet tenetur se conformare moribus Ecclesie ubi degit in Officii recitatione, 79.

Omnes tenentur uno modo recitare, 80.

Monachi debent officium iuxta ritum sui Ordinis, 81.

Episcopus non potest dispendere quod Clerici alio modo recitent quam Monachi in his Ecclesiis, 82.

Episcopus in his Ecclesiis ritum Religionis in Officii recitatione mutare non potest, 83.

Homines diversæ conditionis in simul convenire non debent, 84.

Fallit in Cathedralibus Regularibus, 85.

Monachi cum Clericis divina solemniter celebrare possunt, 86.

Ex separatione Officii divini oritur scandalum, 87. 90.

In Collegiatis unumquodque Collegium a suo regitur Prelato, 88.

Idem in Cathedralibus quando adsunt Canonicos seculares, & Regulares, 89.

In Cathedralibus adeest obligatio celebrandi Officium, 90.

Episcopus non potest statuerè Chorum separatim pro secularibus, & Clerum pro Regularibus, 91.

Canonicos Regulares Cathedralium quibus gaudeant prerogativis, 92.

Voto paupertatis adstringuntur, 93.

Occupati in servitio Ecclesie fructus lucrantur, 94.

Contra illos proceditur sine strepitu, & figura iudicii, 95.

Tenantur ad Fidei professionem, 96.

Superiores sunt Canonicos Collegiatis, 97.

Veniunt in prohibitis nominè Monachorum, 98.

Maxime in favorabilibus, 99.

Leges disponentes de Monachis, quando habeant locum in Canonicis Regularibus, 100.

An legentur constitutionibus loquentibus de regularibus, 101.

An possint esse Delegati Sedis Apostolicæ, 102.

In quibus conveniant, vel non, cum secularibus, 103.

Canonicatus & Dignitates, siue beneficia Regularia manus habent, 104.

Superior illis potest eos privare, 105.

Iste Superior est Episcopus, sed non Abbas, vel alius, 106.

Succedunt in Jurisdictione Episcopi, sed non Abbatis, 107.

Eorum est Officium & Abbas, quomodo faciendū, 108.

Exemptio Ecclesie Cathedralis Regularis latissime interpretanda, 109.

Secularizata Ecclesia exempta an duret exemptio, 110.

Privilegium concessum favore universitatis, vel Collegii, duret, etiam si privilegati desinant exercere artem, 111.

Subrogatio competit privilegio, 112.

Subrogatio facta a lege conservat privilegia, secus facta ab homine, 113.

Secus in privilegiis loci, quia omnia conservantur, 114.

Privilegium concessum ratione persone, professionis, vel officii, mutatione eorum expirat, 115.

Mutatione persone mutatur privilegium, 116.

Privilegium, immunitas, & libertas, mutatione status Ecclesie non amittitur, 117.

Regularis Ecclesia secularizata, iterum Regularis facta, non amittit libertates, quas per secularizationem consequuta fuit, 118.

Ex quibus causis Ecclesie eximantur ab Ordinario, 119.

Effectus quos operatur exemptio, 120. & seq.

Tenent privilegia in pignus, ibid.

Coram Iudice Exemptorum conveniunt, 121.

Quomodo probetur Ecclesia exempta, 122.

Fructus Cathedralium Regularium ad successores spectant, 123.

Capitula in eis se immiscetiam quam penam incurrant, 124.

Suspensio quomodo feratur in Communiatem, 125.

Dispensio rex. in c. quia sapè, de elect. an habeat locum in inferioribus Ecclesiis, 126.

Tex. in c. presenti, de Offic. Ordin. loquuntur de inferioribus, ibid.

Tex. in d. c. quia sapè, habet locum etiam si bona sint communia Episcopo & Capitulo, 127.

Quando bona proveniunt ex re individua Sede vacante, omnia acquiruntur Capitulo, 128.

Capitulum succedit in administratione, non in dominio, 129.

Omnia beneficia secularia presumuntur, 130.

Item Ecclesia presumitur secularis, ibid.

S. Petrus beneficia secularia fundavit, 131.

S. Petrus secularis, non Regularis fuit, ibid.

Duobus Capitulis existentibus, finita celebratione Episcopi in Pontificalibus, quomodo celebrare debeat Abbas, 132.

Episcopus potest celebrare in Pontificalibus, & Sedem ponere etiam in Ecclesiis exemptis, 133.

De Episcopis Regularibus remissio, 134.

Canonicos Regulares non solum Canonicos, sed Episcopali dignitate fulgere qui dixerint, 135.

Quomodo intelligentur, 136.

Predicatores extolentes supra modum reprehenduntur, 137.

Locutio divinarum Scripturarum quomodo faciendā, 138.

Canonicus B. Mariae del Pilar Casaraugustana que regent Archiepiscopo Casaraugustano, omnino videnda, 139.

De Canonicis & Ecclesiis Regularibus plura remissio, 140.

Clerici seculares possunt esse in Cathedralibus regularibus, 141.

De Canonicis Regularibus remissio, 142. & seq.

Canonicos quando Regulares presumuntur, 143.

Quomodo puniendi si extra Claustra viventes de licentia Episcopi, delinquant, 144.

Quid si absque licentia, 145.

Postquam communi vita gaudentes initio nascentis Ecclesie primarii nostri Parentes Deo servirent, tanto libetius quanto magis à negotiis secularibus remoti, soli Omnipotenti vacantes, cap. 2. q. 1. cum aliis, ut benè ponderabat Barb. de Canon. c. 1. n. 2. & 3. juncto Daniele de Nobilibus in addit. ad disp. 44. n. 8.

Et postquam Episcopi consueverunt feligerè Clericos ad 2 sanctiorem vitam aspirantes, eosque afluere ad effectum ut secum in claustra, paupertate, & obedientia remanerent, urex Tolet. Conc. 1. cap. 1. & B. Augusti. serm. 2. de communi vita Clerici. & serm. 26. ad Presbyteros, observat Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 19. num. 3. Canonicos Regulares Ecclesiarum Cathedralium & Collegiarum instituti sunt, teste Cortiolano ad Concil. Toletan. 4. can. 22. pag. 55. 56. Lotter. sup. dist. num. 3. Eorumque Institutorem fuisse sanctissimum Ecclesie Catholice lumen D. Augustinum, advertit Lotter. dist. lib. quest. 14. num. 45. cujus exemplum alii Episcopi secutantes, & Regulas imitantes, quas pro locorum diversitate immutabant, unum id spectarunt, ut obedientia cum vita communi servaretur: de quo pluribus exemplis videndus Daniel de Nobilibus in addit. ad disp. 44. ex num. 8. cum seq. licet hanc Canonicorum Regularium institutionem ab Apostolis originem trahere aliqui voluerint, de quo sup. cap. 14. de Ecclesiis Cathedral. sec. prof. stat. plura differimus, & videndus latissime Gabr. Penno. in Hist. Trip. Canon. Regul. lib. 1. quasi per totum, & Barbo. cum pluribus ab eo citatis de Canon. c. 1. n. 3. cum seq. & super per totum.

Sunt ergo alicque Ecclesie Cathedralis Regulares, cum 6 non repugnet eorum statui esse Regulares, nec qualitas ulla incompatibiliter repugnetur; ut post Card. & Barbat. in Clem. 1. num. 32. de elect. notat Lotter. de re benef. lib. 1. quest. 18. num. 1. Barb. in Collect. ad tex. in c. causam que, de Indic. num. 1. vers. Episcopi sui, at expressè deciditur, in Trid. sess. 2. de reformat. cap. 4. in Cathedrali vel Collegiata Seculari, vel Regulari Ecclesia, & ex cap. Nullus, de elect. in 6. juncta Clem. 1. ead. tit. observat Monet. de Communi. ult. vol. cap. 11. numer. 37. Imò Viri Nobiles & Literati hos amittunt habere Canonicatus, ut citato Joan. Trullo de Canon. Regul. lib. 1. cap. 11. notavit Rota in Gerunden. administrationis 1630. coram Coccino num. 14. que est dec. 75. post Tract. Tamburini.

In quibus Ecclesiis Regularibus Canonici ejusdem Ordinis



Rota servatur, & communis est DD. sententia, que licet per se non inducat obligationem, quia non habet potestatem inducendi legem, Suarez de legibus, lib. 6. cap. 1. n. 5. tamen in praxi servanda est; præcipue quando litera per interpretationem servari potest: licet aliqui DD. dissentiant, de quo est optima decisio Coccini in una Meten. Monasterii 5. Julii 1621. ex nu. 23. cum seqq. quam refert Tambur. de iure Abbat. decis. 22. cum enim duplicem personam repræsentet & Abbas & Episcopi, in his quæ concernunt Regulam & Religionem consideratur tamquam Abbas, mediante Priore, vel aliquo alio Regulari; quoad reliqua verò tamquam Episcopus: ut idemmet Lotterius distinxit, licet: male quoad suam opinionem singulari, d. q. 33. n. 116.

62 Nec obstat quod ipse docet ibi, Episcopum non repræsentare aliam personam propter excellentiam Dignitatis, cum sit Religiosior Abbate; per Gloss. finalem in c. nullus, 28. de elect. in 6. quia hoc non tollit, quin ipse Jura Abbatis exercere possit, quando unita sunt Episcopatu in Cathedrali Regulari: quod verò id faciat tamquam Episcopus tantum, negatur; sed tamquam Episcopus Abbas, cum qualitas majoris Religionis Jurisdictionem in Monachos exemptos tribuere non possit: quare ita explicant hanc communem opinionem Barbos. & ab eo allegati in Collect. ad tex. in d. c. causam qua nu. 1. & in Pastoralis alleg. 105. num. 77. ubi notant modum gubernandi per Priorem idem admihi, quia ipse melius scit Regulam: quod nostræ non officit opinioni, cum iste Prior sit tamquam Vicarius Generalis in omni Episcopatu, qui non tollit omnimodam jurisdictionem quam in omnibus Episcopus habet: in dubio enim jurisdictionem Episcopo tamquam Abbati non tamquam Episcopo competere credo; cum Abbas major sit Episcopo in punitione Regularis, etiam si procedatur in figura Judicii, Panorm. in c. quanto 7. nu. 4. de Offic. Ordin. Roma. conf. 375. Sarav. d. q. 12. n. 12. 20. 28. & 29. Valenz. conf. 43. n. 18. & 19. & alibi.

66 Ex dictis inferitur, in his Ecclesiis Episcopum conferentem Beneficia, Canonicatus vel Dignitates, conferret tamquam Episcopum, non tamquam Abbatem; ea enim quæ ad Episcopum tamquam Episcopum spectant, ut talis facit: ea verò que tamquam Abbas facere potest, utique facit: intelligendus est. Cum autem Abbas de jure non possit conferre Canonicatus, nec Dignitates, cum non sit in jure cautum, necesse est ut Episcopus faciat eo jure quo potest: ut post Rotam in Pampilonen. Thefauraria 23. Januarii coram Coccino 1617. observantur Lott. d. q. 33. num. 17. & Barb. d. alleg. 105. n. 77.

68 Nec Episcopus ullo casu explicare tenetur an faciat ut Episcopus, vel ut Abbas, ita Panormit. in d. causam qua, n. 10. vers. etiam puto: Rota decis. 69. n. 6. p. 1. recent. Farin. Barbos. dist. numer. 77. qui & idem transcripsit de Canon. dist. cap. 1. num. 17. inter quos ea differentia versatur, quod Abbas sine strepitu & figura Judicii, juxta Regulam constitutionem procedit per viam Inquisitionis: Abbas in cap. si quis Clericum, num. 47. de foro compet. Episcopus verò servata dispositione juris communis, de qua in c. qualiter & quando, de accusat. in Rot. dist. decis. 17. Farin. num. 2.

70 Et eandem habet jurisdictionem, etiam si mensis fuerint separate, quia non propterea jurisdictionem Episcopi eliditur: tot tit. de his que sunt à Prel. fin. conf. Cap. DD. in c. edoceri, 72. de re script. dist. decis. 69. num. 9. Lotter. dist. quæst. 118. numer. 14. Barbos. dist. numer. 77. Provisi autem ei tenentur prestare obedientiam; Lotter. dist. quæst. 3. num. fin. Nec ab alio possunt amoveri, cum alii sine inferiores: Barb. d. num. 77.

73 Si verò in tali Ecclesia duo fuerint Capitula separata, quod fieri probat Verallus decis. 87. & seq. ita ut Ecclesia in duas dividatur partes, in quarum una sint Clerici seculares, & in alia Monachi: sicut possunt in ea esse duæ congregationes, ut per Verall. tenet Camill. Borrel. in sum. dec. tit. de sacros. Eccles. nu. 34. ut videre est Meholani in Ecclesia S. Ambrosii, ubi duo sunt Capitula Regularia: & Papie in Ecclesia B. Augustini; quo casu unumquodque à suo regitur Prelato: per tex. in Clem. 1. de elect. ubi Gloss. verb. Monasterii, Lotter. d. q. 18. num. 20. qui in Collegia-

libus tantum notat posse accedere; verum si ex Indulgentia Pontificis in Cathedralibus id contingat, idem prolixius judicium faciendum est: l. inter stipulantes, §. sacram, ff. de verb. oblig. l. à Titio, ff. eod. l. Nud. ff. ad leg. Aquil. latè Valenz. conf. 14. ex n. 44. & conf. 18. n. 94. & conf. 5. n. 38. & conf. 82. n. 62. & passim conveniunt omnes Doctores: Nulla enim differentia in Canonicis Cathedralium & Collegiarum reperiri potest; ut supra notavimus.

Quibus nec obstat, Monachos jam omnes esse exemptos: Trident. sess. 21. de reform. c. 8. ex quo Episcopus non habere jurisdictionem in eos deduci videtur: Nam exemptio solum conceditur Monachis existentibus in locis exemptis, ex Gratian. d. discept. 270. num. 8. Rota in d. dec. 15. in recent. Farin. p. 1. ex numer. 3. in Casar Augustana exemptionis 13. Novembris 1587. coram Orano, Sarav. n. 30. Et probatur ex tex. in cap. 1. de privi. in 6. An verò ita remanet jurisdictionem in Episcopo, ut prius adici debeat Abbas? distinguere quod aut agitur in figura Judicii, vel non: Primo casu, ad Episcopum omnino; Secundo ad Abbatem, cujus nomen potius est sollicitudinis quam honoris: c. tuam, de at. & qual. Sed esse Judicem etiam honoris: l. fin. c. quando procurare non est necesse: Rota pluries apud Gratian. d. discept. 270. ex num. 24. ubi de veriori testatur Maref. lib. 2. Barbos. cap. 35. num. 125. & 134. Sarav. d. q. 12. num. 12. & 28. cum seqq.

Quoad recitationem verò Divinorum, illa facienda est secundum ritum Religionis, etiam si in Choro interfuissent Clerici seculares, quibus aliàs tale Officium non est permittum; quia Monachi qui sunt in Ecclesia Cathedrali, tamquam Canonici, tenentur juxta ritum & modum suæ Regulæ publicè officia implere; ad tex. in c. de his, §. Abbatibus, c. fin. ibi: Neque Monasteriorum consuetudines, 12. dist. in Rot. in Montis regalis Jurisdictionis 14. Maii 1604. coram Coccino, qua est decisio 179. num. 3. in recent. Farin. p. 1. Gratian. discept. 270. n. 38. latè Riccius d. decis. 1545. Barbos. d. cap. 1. n. 18. Atque idem Clerici seculares tenentur de iure illis se conformare, ex Regula generali quæ vult ut quilibet teneatur se conformare moribus Ecclesiæ in qua reperitur, cap. illa autem, vers. sic etiam, 12. dist. cap. recolentes, vers. ceterum domus, ubi Gloss. verba continent, de stat. Monach. Rota d. decis. 79. num. 2. & idem non potest debet esse dispersio, sed charissima unitas; ut ex Cassidoro super Psal. 49. super verba, in Choro: & Duran. de ritib. Eccl. latè lib. 1. cap. 17. per totum, declaravit Rota in una Montis regalis 5. Julii 1604. quæ est dec. 197. Coccini. 22. & reperitur in recent. Farin. dec. 84. p. 1. Gloss. ult. in cap. fin. de stat. Monach. Gratian. d. discept. 270. ex nu. 37. & iterum 81. nu. 55. cum seqq. Et cum Monachi debeant officiate juxta suum ritum & morem ex Rota in decisionibus allegatis Montis regalis, hinc est quod Clerici seculares teneantur se conformare huic ritui, nec Episcopus eos separate potest: ex eadem Rota, & Riccio.

Nec Episcopus potest ullo modo contrarium disponere; 82. nam licet in d. c. De his, dicatur quod debeant celebrare secundum ritum suæ Regulæ juxta voluntatem Episcopi: hoc tamen intelligendum est, non mutata forma recitandi, ita ut Episcopus ritum Religionis mutare non possit: ead. Rota d. decis. 79. ex num. 4. usque in finem, ubi latè Gratian. ex num. 41.

Nec obstat text. in Clem. 1. de elect. quæ prohibet ne homines disparis professionis vel habitus simul in eisdem Monasteriis socientur: nam cum non prohibeantur sociari in his Ecclesiis Cathedralibus si habeant exercitium curæ, 85. ut Rota d. decis. 197. & 84. n. 3. declaravit, hoc hoc casu tenentur se conformare: præterquam quod non repugnat quod Monachi cum Clericis divina solemniter celebrantur per Doctores in cap. 1. de celebr. Missar. ubi Anchar. nu. 15. Butr. n. 11. Card. n. 4. Hostiens. n. 17. Joan. Andr. n. 5. & declaravit Rota d. dec. 197. n. 3. Gratian. ex nu. 62. Quare isti Clerici seculares sic admitti ad sacrate officium non sunt admittendi: quia ex ista separatione oriretur scandalum: Vital. in Clemen. unica, nu. 53. vers. Eodem modo: de celebr. Missar. Lotter. d. q. 18. nu. 19. Barbos. d. alleg. 105. in fine, quam doctrinam eisdem repetit verbis trañ. de Canon. d. c. 1.

num. 18. Sed de hac questione vide quæ latè diximus sup. cap. 5. de forma & struñ. Eccles. Cathed. ex num. 208. cum seqq.

88 Et licet Lotter. n. 20. afferat hanc controversiam cadere, non posse in Ecclesia Collegiatam, in qua unumquodque Collegium à suo regitur proprio Prelato, quo casu habet locum dispositio dictæ Clem. 1. de elect. ubi Gloss. verb. Monasterii: quod tamen à fortiori procederet in Cathedrali, si Canonici seculares & Regulares adesset; quia eo casu unumquodque suum haberet Collegium: Ego tamen contrarium esse verum credo, cum hoc non tollat quin quoties in unum conveniunt in Choro, in Collegiatis tam secularibus quam Regularibus five in Cathedralibus, ubi obligatio manet recitandi Horas Canonicas, Clem. 1. de celebr. Missar. Suarez tom. 2. de Relig. lib. 4. cap. 10. ex num. 2. Trident. sess. 24. de reform. c. 4. Gratian. in terminis discept. 298. n. 18. in fine, & alii, eadem sit obligatio: cum eadem deformitas reperitur in diversitate cantus, idem scandalum in diversitate recitationis, & omnes rationes supra allate æque militent: qua ratione statutum est, Episcopum non posse Clericos à Monachis separare, statuendo Chorum separatam à Monachorum Choro, ex ea ratione quia Clerici se debent conformare: ut resolvit Gratian. dicta discept. 270. ex num. 52.

Jam verò necesse est ut videamus quibus hi Canonici Regulares gaudent prerogativis? Et primò in multis, Canonici secularibus æquiparantur, Anton. Faber in prax. benef. lib. 3. tit. 6. de benef. Cathedr. num. 20. quem sequitur Sarav. d. q. 12. num. 1. Et licet in voto pauperatis, & aliis Religionis functionibus habeant portiones separatas, non tamen quoad dominium, fed tantum quoad administrationem, Cened. q. 20. n. 5. in fine, Barbos. de Canon. cap. 1. n. 21. sic etiam Canonici Regulares occupati in servitio Ecclesiæ, fructus lucrantur: Botrel. in Summa decis. tit. 10. n. 5. post sunt esse Vicarii Episcopi, Sbrozios de offic. Vicar. lib. 1. qu. 37. contra ipsos proceditur sine strepitu & figura Judicii, Gratian. d. discept. 270. num. 25. 26. Coccini. dec. 157. registrata apud Farinac. decis. 770. tenentur etiam ad fidei professionem ex decreto Trident. sess. 24. c. 12. Garcia de benef. 3. par. cap. 5. nu. 16. superiores sunt Canonici Collegiatis, fructus ordinem literæ: ex C. quia sepè 40. de elect. in 6. pro ut videre est per ea quæ docet Sarav. ex nu. 1. usque ad 9. veniunt in prohibitis, appellatione Monachorum: c. 2. ubi Gloss. verb. Idem Judicium, de postul. Clem. 1. §. Quia vero, de stat. Monach. & majori cum ratione in favorabilibus, Sarav. nu. 15. 16. & sic leges disponentes de Monachis habent locum in Canonicis Regularibus circa concernentia Religionem in genere, dummodo non continent aliqua verba excludentia Canonicos: idem Sarav. nu. 31. sed quia de his omnibus, cum de Canonicis agemus, tractandum erit; pro nunc libenter omittimus: de quibus vide Cardin. Tusch. lit. C. conc. 40. ubi disputat, an ligentur constitutionibus locutibus de Regularibus, Riccius d. decis. 1455. qui disputat an possint esse Delegati Sedis Apostolicæ? Barbos. de Canon. d. c. 1. n. 19. & 40. cum seqq. videndus etiam Franc. Tondut. de Sanleger. in quæst. benef. 1. p. c. 80. per totum, ubi ponit in quibus conveniant, & Delegatos esse non posse, etiam si Monachi fuerint, latè probat Gratianus disp. 270. n. 6. Riccius in praxi tom. 2. tit. de praxi Judicium n. 7. fol. mibi 465.

104 Canonicatus autem, vel Dignitates Ecclesiarum Cathedralium Regularium, sicut cætera beneficia, de iure manuales sunt: Agidius dec. 203, atque idem de iure communi Superior privat & delituit Monachos: ut Rota declaravit apud Farin. decis. 20. n. 4. p. 1. recent. Sed hoc de Episcopo intelligendum est, non de Abbate, qui non potest; sicut nec alius Superior Regularis potest amovere provisos Canonicos, vel Dignitates, ab Episcopo: Barbos. de Canon. d. cap. 1. num. 19.

An verò isti Canonici succedant, & quomodo, in jurisdictionem Sedis vacantis? In jurisdictione Episcopi succedere, non verò in jurisdictione Abbatis: de quo vide latè Lotter. d. q. 18. ex n. 2. usque ad finem, de quo etiam latius suo loco: & eorum electio, five Abbatis, quomodo

facienda sit: latè Coccini. dec. 22. post trañ. Tambur. de iure Abb. per totam.

Concessa autem exemptio à Papa Ecclesiis Cathedralibus Regularibus latissime interpretanda est: Fusc. de Visa. lib. 1. cap. 20. n. 3. præcipue in favorem Canonum Regularium, ex adductis à Rebuffo, Respon. 142. Valen. d. conf. 43. num. 68.

Si verò hæc Ecclesiæ Regulares exemptæ fuerint, & secularizentur, dubitari potest, an maneat exempta: Et dicendum est quod sic: nam cum exemptio non tantum concedatur ratione personarum, verum etiam ratione loci, qui manet sicut prius, locus Ecclesiæ; numquam Romanus Pontifex, ad cujus potestatem supremam spectat locum Regularem in secularum mutare, eam concederet, si ex mutatione detrimentum potius quam utilitas Ecclesiæ sequeretur: ex ratione text. in l. 1. c. de Collegiat. lib. 11. ubi privilegium concessum favore universitatis vel Collegii permanet, etiam si privilegiati desinant exercere illam. Artem.

Insuper Seculares subrogati censentur tam quoad locum, quam quoad personas, in locum Regularium: ergo privilegia subrogatorum eis competunt: ex text. in Clem. 1. de suppl. neg. lig. Pralat. præcipue cum licet hæc subrogatio facta sit ab homine, quæ non censetur facta cum privilegiis, sicut quando facta est à lege: tamen favore Ecclesiæ, ea privilegia quæ Ecclesiæ concernunt conservata censentur: præcipue, quia pena non habet locum, quando excellentia Romani Pontificis sit mutatio: ex DD. in c. 1. §. Ad hæc de relig. domib. in 6. & latius omnia probat Tambur. de iure Abbat. tom. 1. disp. 12. q. 11. per totam.

Ex quibus de facili respondetur ad ea quæ pro contraria parte adduci possunt: nam licet privilegium concessum ratione persone, professionis, vel officii, mutatione eorum, expiret, l. Maximarium, ubi Bar. C. de excof. muner. lib. 10. h. Sub prætextu, C. de sacros. Eccl. l. Semper, ubi etiam Barb. ff. de her. Innum. & mutatione persone mutetur privilegium, l. Paulus respondet, ubi DD. ff. de acquir. hered. l. Cum Patronus, de leg. 2. Surd. conf. 127. n. 67. lib. 1. tamen hoc intelligitur quando privilegium concessum fuit solum ratione professionis, non item ratione loci; sicut non intelligitur hæc Regula quando sola persona facta sit immediata causa privilegii, ex quo jam supra c. 8. de Privileg. Eccles. Cathedr. notavimus, privilegia, immunitates & libertates concessas, in mutatione status Ecclesiæ non amittunt pluries Rota declaravit apud Garciam de benef. 7. p. c. 15. nu. 8. & apud Tambur. qui plures DD. & decisionum resolutiones adducit, d. disp. 11. tom. 1. q. 11. n. fin. & ita practicitur. Nam per secularizationem præter Regularitatis statum nihil immutatur: ut puribus Rota decisionibus probat Barbos. de Canon. d. cap. 1. nu. fin. secus autem esset, si iterum in Regularem mutaretur: nam in his rebus, in quibus Ecclesiæ acquisita fuit libertas, ipsa non redit in servitium: veluti in Patrono privato propter hæresim, qui etiam si resipiscat, non restituitur; ea ratione, quia libertas ab Ecclesia recuperata, & jus quæsitum non perditur, ex pluribus adductis à Farinac. de hæresi, tit. 18. lib. 5. variarum questionum crimin. Monet. de commut. ult. vol. c. 11. n. 157.

Si verò scire cupias ex quibus causis Ecclesiæ ab Ordinariis jurisdictione eximantur? Dic primò, ut cum majori quiete Deo libertus Clerici valeant servire, c. Luminoso, §. q. 2. vide Rebuff. conf. 142. Ex antiquitate, Oldrad. conf. 206. & conf. 254. Renat. Chopin. de sacra Polit. lib. 1. tit. 2. n. 4. vel 2. propter servitium, de qua Tondut. de Sanleger. in quæst. benef. 1. p. c. 62. n. 3. vel 4. propter antiqua privilegia quæ factum fuerunt sublata, ut ibi idem notatur.

Quos verò effectus exemptio operetur? Dic breviter quod tenor privilegii inspiciendus est, & secundum ipsum judicandum est: cap. Porrò, de privi. his exceptis, quæ notantur & leguntur in cap. Volentes, eod. tit. lib. 6. & conveniendi sunt coram eodem Judice Exemptorum, c. Quoad translationem, de offic. Legat. c. 2. de in integr. restit. ita Valenz. d. conf. 43. num. 13. & 14. & quomodo probetur exemptio: vide Franc. Tondut. de Sanleger. in quæst. benef. cap. 60. par. 11.



nis reparantur, obtinentes suas Portiones loco Canonica-  
 rum, & jus administrandi que suo victui sunt destinata,  
 & habent bona saltem quoad usumfructum: Cavaler. *dec.*  
*606. num. 6. & 7. Barb. de Canon. cap. 1. num. 11. exemplum*  
*ponens in nostra Metropoli Casarugaustana, quae ad sta-*  
*rum secularem redacta fuit a sanctae memoriae Clem. VIII.*  
*per suam Bullam, quae data fuit, Roma 4. Idus Julii 1504.*  
*Pontificatus sui anno decemotertio, quam ad litteram ponit*  
*Sarav. de Admitt. q. 1. in fine, & de ea mentionem faciunt*  
*Barb. dist. cap. 1. de Canon. dist. num. 6. juncto n. 49. & 50.*  
*& sunt plures decisiones Casarugaustanae praeminentia-*  
*rum Cathedralitatis & Synodi, ipsae, quae praesertim re-*  
*periuntur apud Ludov. Coccin. Caval. Farin. in recent. &*  
*Posth. post tract. de manut. & alibi. Insuper exemplum*  
*ponitur in Pampilonensi, quae hodie Regularis est.*  
 10. Haec autem in principio quam plurime fuerunt: quasdam  
 in Anglia existentes refert Hostiens. in *cap. Causam que, de*  
*Judic. in princ. in Sicilia, Panormitanam, & Montis regalis*  
 11. commemorat Abbas in *dist. cap. Causam que num. 8. vers. Dic*  
*quod in Sicilia, & de hac ultima vendendus etiam Stephan.*  
*Gratian. discept. 270. & Barb. d. c. 1. n. 10. & in Pastor. alleg.*  
*105. n. 77. Lotter. de re benef. lib. 1. q. 18. n. 6. & de Medio-*  
*lanensi mentio fit apud Cacciam conf. 4. post conf. Zabarelli.*  
 12. Card. Tusch. lit. C. conc. 39. nu. fm. & tandem de Canonicis  
 Regularibus tam Hispaniae, quam caeterarum Provincia-  
 rum, videndus latissime Cenedo in *quest. Canon. q. 20. per to-*  
*ram, & in Collect. ad tex. in c. Sane de Canonico, de Regul. &*  
*trans. ad relig. quae est Collect. 165. ad Decretales, latissime*  
 13. *per totum: & de pluribus in diversis Regnis & Provinciis,*  
*videndus Tamb. de Iure Abbat. tom. 1. disp. 25. q. 1. ex n. 78.*  
 14. qui ab aliquo parum perito notitiam sumpsit, cum Pampi-  
 lonensem Ecclesiam in Regno Navarrae inter Ecclesias Metro-  
 politanas commemorat, & in Catalaunia Gerundensem  
 Regularem appellet, cum sit secularis; eodem modo quo  
 Gabriel Pennotus in *Histor. Trip. Canonorum Regularium*  
 15. *lib. 2. c. 7. n. 5. nota vit, Priorem Ecclesiae B. Mariae del Pilar*  
*Casarugaustae, exercere Pontificalia, & Ordines Minores*  
*conferre, praecedere omnes Abbates in Regnis Arago-*  
*niae & Valentiae; quod quam ridiculum sit, & a veritate*  
*alienum, nemo est qui nesciat; itaque hoc apprime cog-*  
*noscatur, praeminentias illius Ecclesiae quae sparsim inter*  
*Auctores reperiuntur debiles esse & nullius momenti, quae*  
 16. *tamen omnes ad offuscandam justitiam sui iura Metropolita-*  
*nae in causis praeminentiarum sunt emendicatae, & adin-*  
*ventae. Quae omnia recte confirmantur ex his quae idem tra-*  
 17. *dit Pennotus in fine illius Capituli, asserens in Processionibus*  
*Canonicis B. Mariae del Pilar pares incedere cum Canoni-*  
*cis Metropolitanis, cum manutentio Rotalis quam obti-*  
*nuerunt, eos incedere pares cum modernioribus Metropolita-*  
*nae permittit, praecedendo omnes antiquiores, itaque si*  
 18. *quatuor sint, cum quatuor Modernioribus Metropolitanis*  
*incedant, ita tamen quod si ambarum Ecclesiarum Canoni-*  
*ci sint impares, Modernior del Pilar cum Portionario anti-*  
*quiori Metropolitanis par incedit, ut omnes videmus ho-*  
*die rnis temporibus, in quibus D. Augustinus de Herbas*  
*Canonicus del Pilar par incesit cum D. N. Villaba Portio-*  
 19. *nario Metropolitanis eodem modo, Navarrus ab Azpicue-*  
*ta doctissimus (qui jurisprudentiae lumen Covar. praecipto-*  
*rum habuisse Salmanticae in maximam partem suae felicita-*  
 20. *tem ducit, de jus laudibus vide Cened. in collect. ad tex. in c.*  
*Cum in officio, de testa. n. 16. quae est 12. ad Decretales, in*  
*Commen. de Regul. n. 25. ait B. Magistru Epila Petrum de*  
*Arbus nuncupatum, Canonicu fuisse del Pilar: quod item*  
*alienum esse a veritate nemo dubitat: ut notavit Sarav. d. q.*  
*12. n. 14. & ipsi del Pilarii consentunt de quibus vide quae la-*  
*te notavimus in tract. unica Cathed. Casarugaust. c. 2. in princ.*  
 21. *Verum hodie quasi omnes sanctae Ecclesiae Cathedrales*  
*ad statum secularem redactae sunt, exceptis in Hispania,*  
 22. *Pampilonensi in Regno Navarrae, & Dertulensi in Princi-*  
 23. *paru Catalauniae: sicut in Italia, ubi tantum illa Metropolita-*  
 24. *na Montis regalis reperitur, quare de illis & eorum sta-*  
 25. *tum agendum in praesenti a nobis est: de quibus vide etiam*  
 26. *Tambur. supr. cit. n. 79.*

Conveniunt in primis cum Secularibus in omnibus pri-  
 vilegiis secularium, in eo quod Regulari non contradicere  
 quare omnia que de secularibus dicuntur, Regularibus  
 illis modo praedicto applicantur. Deveniendum ergo est  
 ad patricularia.  
 In eis, Episcopus omnimodam habet jurisdictionem in  
 Canonicis Regulares cap. 1. ne Sede vacante: Tamburinus  
 de Iure Abbatum, tom. 2. disp. 15. q. 7. n. 44. Joannes Baptista  
 Ventriglia in *praxi fore Eccles. annot. 48. §. unico, num. 132.*  
 etiam si procedatur in forma Judicii, Bertaz. de Episc. lib. 4.  
 p. 2. q. 35. num. 81. Rota *decis. 15. & decis. 69. num. 6. par. 1.*  
 27. *recen. Guido Papae decis. 559. late Valenz. conf. 34. ex num.*  
 28. *1. & ex num. 12. cum seqq. Gratian. discept. 270. n. 4. Sarav. de*  
 29. *Admitt. q. 1. n. 43. & q. 12. n. 20. Nec de hoc esse dubitan-*  
 30. *dum cessantibus indulgentiis & consuetudinibus alicujus loci,*  
 31. *dixerunt Corneus conf. 193. n. 5. lib. 2. Gratian. discept. 270.*  
 32. *nu. 5. & ita declaravit Rota apud Coccin. quae etiam repe-*  
 33. *ritur in recent. Far. dec. 69. n. 2. plures quos sequitur Sarav.*  
 34. *d. quest. 12. num. 22. vers. praedicta intelligo, vel his exceptis*  
 35. *quae Regularia instituta respiciunt, cap. 1. ne sede vacan-*  
 36. *Rota decis. 69. num. 2. apud Farin. p. 1. recent. Tambur. de Iure*  
 37. *Abbat. tom. 1. disp. 15. q. 7. num. 44. Lotter. de re benef. lib.*  
 38. *1. quest. 18. ex num. 1. Barb. de potest. Episcop. alleg. 105. ex*  
 39. *n. 77. & locis inferius citandis: nam si Ecclesia exempta sit*  
 40. *per privilegium, Episcopus non solum perdit jus in ea, sed*  
 41. *etiam in ejus Clericis: c. 2. de integ. restit. cap. ex parte, &*  
 42. *de privil. Valen. d. conf. 43. num. 60. quia privilegium concess-*  
 43. *um loco, censetur concessum personis illius loci: cap. per*  
 44. *exemptionem, de privil. in 6. late Valenz. conf. 79. n. 75. ubi*  
 45. *plura adducit.*  
 Ratio hujus Conclusionis ea est; nam cum in hujusmodi  
 Ecclesia Episcopus sit Caput, & loco Abbatibus, Canonicis  
 sunt loco Monachorum: Marchel. de Commiss. nullit. tom. 3.  
 46. *decis. 1. n. 2. Farin. d. decis. 69. num. 1. & 2. & decis. 770. &*  
 47. *plures alii apud Sarav. n. 18. & Episcopo assistit jus commu-*  
 48. *ne circa jurisdictionem in Canonicis Regulares, per tex-*  
 49. *in cap. De persona, 11. q. 1. c. Cum ab Ecclesiis, cap. Non*  
 50. *est, do offic. Ordin. c. Si quis contra Clericum, de foro compet.*  
 51. *& in terminis citato Abbat. conf. 25. & Bened. Capra conf.*  
 52. *84. n. 1. & 34. tenet Valenz. conf. 43. n. 2. 4. 8. 25. nisi Eccle-*  
 53. *sia illa fuerit exempta: quo casu Episcopus non solum per-*  
 54. *dit jus quod antea habebat in ea, verum etiam in Clericis*  
 55. *illius: cap. 2. de integ. restit. c. Ex parte, de privil. Valen.*  
 56. *d. conf. 43. n. 60. Coccin. d. decis. 69. in recent. Farin. n. 2. Haec*  
 57. *autem jurisdictione privativa est Episcopi, non cumulativa*  
 58. *cum Abbate: cum enim sit loco Abbatibus in omnibus, cen-*  
 59. *sensur subrogatus quoad omnia non excepta: Abbas in d.*  
 60. *cap. Causam que, num. 10. de Judic. & plura tradit Gratian.*  
 61. *num. 10. Nec Abbas vel Prior cognoscere potest de istis Ca-*  
 62. *nonicis Regularibus criminaliter, vel judicialiter: ut late*  
 63. *resolvit Valenz. d. conf. 43. art. 1. per totum, secundum quod*  
 64. *Rota judicavit in scapis allegatis decisionibus 15. 17. & 20.*  
 65. *par. 1. recent. qui tantum habet jurisdictionem in levibus; &*  
 66. *& quando proceditur per viam penitentiae corrigendo,*  
 67. *nullo juris ordine servato, Gloss. in cap. Ad nostram, cap.*  
 68. *Nulla 14. q. 2. Valenz. n. 15. cum seqq. & haec jurisdic-tio Ab-*  
 69. *batis in eos aequiparatur magis jurisdictioni filiali quam*  
 70. *servili: idem Valenz. n. 121. ubi de utraque jurisdictione*  
 71. *agit: vide etiam ex n. 134.*  
 Proceditur insuper contra Canonicos Regulares per Epi-  
 scopum cum strepitu & figura Judicii: Coccinns *dec. 157.*  
 72. *in noviter Impressis, quae etiam reperitur apud Farin. decis.*  
 73. *77. in Civil. Sarav. de Admitt. d. q. 12. n. 5. Gratian. num. 11.*  
 74. *Riccus decis. 1455. ubi plures citat: quo casu potius expedit*  
 75. *obedire Episcopo quam Abbati, cui in concernentibus*  
 76. *quidem vota, abstinentiam, silentium, & observationem*  
 77. *Regulae, obsequium ab eis praestari debet: at vero ubi de*  
 78. *causa juxta ordinem juris tractatur, Episcopo potius quam*  
 79. *Abbati obsequendum est: ita distinguit Rota apud Farin. d.*  
 80. *recen. dec. 15. n. 10. & hoc casu verissimam esse opinionem,*  
 81. *& magis a DD. amplexam, Episcopum privative in Crimi-*  
 82. *nalibus fundatam habere intentionem; ut latissime probat-*  
 83. *ur apud Farin. in recent. p. 1. dec. 61. 5. Et hoc idem locum ob-*  
 84. *tinet etiam si per viam Inquisitionis ad effectum publica-*  
 85. *vin-*

vindicte procedat, *cap. De persona, 11. q. 1. cap. 1. cap. Qui*  
*vere, in princ. 16. q. 1. eadem Rota apud Farin. ubi proxime,*  
*decis. 17. per totam, & haec eadem doctrina probatur per tex-*  
*in cap. 1. dist. 58. & notatur in cap. Qui resistit, 11. q. 3. cap.*  
*Noluit, 33. q. 5. & per plures quos sequitur Valenz. d. conf.*  
 39. *43. ex n. 22. Taliter autem procedere valet Episcopus, ut*  
 40. *prius non debeat adiri Abbas: ex quo enim Episcopus in*  
 41. *locum subrogatur Abbatibus, ipse solus potest cognoscere,*  
 42. *& ad eum spectat libera correctio: Rota in una Montis reg-*  
 43. *alis jurisdictionis 25. Junii 1607. coram Coccino decis. 350.*  
 44. *Gratianus discept. 270. n. 19. 20. 23. & 27. ubi plures citat,*  
 45. *quae conclusio verior est, quotiescumque judicialiter agit-*  
 46. *ur, & de puniendo delicto: Rota decis. 78. par. 1. divers.*  
 47. *Guido Papae dec. 559. late Marefcot. lib. 2. var. cap. 5. num.*  
 48. *125. & 134. Sarav. d. q. 12. num. 28. & 29. late etiam Ric-*  
 49. *cius par. 5. collect. 1445. ubi de veriori & receptiori testatur*  
 50. *sententia.*  
 Haec autem doctrina ita vera est, ut etiam si Ecclesia Ca-  
 thedralis Regularis non habeat Canonicos, sed Monachos,  
 qui loco sunt Canonicorum, ut in Metropolitana Montis  
 regalis in Sicilia, ubi sunt Monachi S. Benedicti; omnino  
 in dictos Monachos tamquam in Canonicos Regulares, &  
 absque ulla differentia exercet jurisdictionem Archiepiscopus:  
 ut saepius declaravit Rota apud Coccinum in *Montis*  
 51. *regalis jurisdictionis 8. Martii 1604. quae est decis. 69. in re-*  
 52. *cent. Farin. & dec. 157. inter impressas Coccini: Gratian. cum*  
 53. *pluribus d. discept. 270. nu. 4. Quod etiam procedit etiam si*  
 54. *Monachi fuerint S. Benedicti, in quos Episcopi secundum*  
 55. *Constitutionem Pauli III. omnimodam habent jurisdic-tio-*  
 56. *nem in omnibus casibus, exceptis his qui concernunt Regu-*  
 57. *laria instituta: de quo late Coccinus ubi sup. & Gratian. loc.*  
 58. *cit. n. 30. Licet enim in his Ecclesiis Monachi sint loco Ca-*  
 59. *nonicorum, hoc tamen intelligendum est in materia Mo-*  
 60. *nachis adaptabili, secus autem in ea quae illis non con-*  
 61. *venit, Gratian. d. discept. 270. n. 22. Et licet de jure beneficia*  
 62. *regularia in duplici lita differant, quaedam simplicia, qui-*  
 63. *bis simplex unus Monachale impositum est, veluti Priora-*  
 64. *rum simplex Monachatus & Canonicatus regularis, c. Quod*  
 65. *Dixit timore, c. fm. de statu Monach. Clem. Ne in agro, eod.*  
 66. *tit. Alia duplicia, quibus duplex unus impositum est tam-*  
 67.  *circa bona, quam circa personas, cap. Quanto, in fine, de*  
 68. *offic. Ordin. c. Cum ad Monasterium, cap. In singulis, de statu*  
 69. *Monach. quibus addit Tondut. de Sanleger. in q. & resol.*  
 70. *benef. 2. p. cap. 35. 10. in princ. tamen hoc non tollit quod*  
 71. *in omnibus tam simplicibus quam duplicibus Episcopus*  
 72. *non habeat jurisdictionem superius explicatam, cum aequè*  
 73. *in omnibus sit loco Abbatibus.*  
 An vero isti Canonici Regulares gaudeant privilegio Ad-  
 junctorum, in delictis eorum cognoscendis seu puniendis?  
 disputabimus cum de privilegiis Adjunctorum Deo dante  
 sermonem habebimus: interim vide Sarav. *tract. de Ad-*  
 74. *mittis, q. 12. per totam, ubi n. 26. disputat an hoc procedat*  
 75. *contra istos Regulares extra Claustra degentes: de quo*  
 76. *etiam Gratian. d. discept. 270. ex n. 19.*  
 Hinc etiam leges disponentes de Monachis, habent locum  
 in Canonicis Regularibus circa contententia Religio-  
 nem in genere; dummodo non contineant aliqua verba ex-  
 cludentia Canonicos: ita Sarav. d. q. 12. n. 31. ubi observat  
 77. *ex hac ratione & Patronos esse posse, & possulare: quibus*  
 78. *non obstat text. in cap. Nullam, 17. quest. 2. ubi tota potestas*  
 79. *ad Abbatem pertinet; & text. in cap. Abates, ead. caus. &*  
 80. *quest. qui loquitur de obedientia. Quibus respondetur, pri-*  
 81. *mo, dispositionem cap. Nullam: non excludere Episcopum,*  
 82. *sed Monachos: ut ibi advertit Gloss. verbo Tota: Secundo*  
 83. *vero, nihil commune habere obedientiam de qua in d. cap.*  
 84. *Abates, cum delictorum punitione.*  
 Vel melius responde, delicta considerari dupliciter, ut  
 propria Monachorum, quia contra Regulam sunt; vel ut  
 communia, quia offendunt communem conversationem,  
 argum. tex. in l. militum, ff. de re milit. In primis, immedia-  
 tus Superior, erit Abbas, vel alius Regularis Prelatus; in  
 85. *communibus vero non potest prohiberi Episcopus quin*  
 86. *servato juris ordine in delinquentes Regulares ad vindi-*  
 87. *ctam procedat, & poena juris ordinaria animadvertat: c. 1.*  
 88. *Francis de Eccles. Cathed.*

c. Monasteria, el primero, 18. qu. 2. ita Rota in *Casaruga-*  
*stana exemptionis, apud Farin. in recent. decis. 15. num. 11.*  
 & 12. quae decisio eodem modo est intelligenda in omni-  
 bus Ecclesiis: cum in materia jurisdictionis circa Episco-  
 51. *pus nulla deur differentia inter Canonicos Regulares Ec-*  
 52. *clesiarum Cathedralium, ac Collegiatarum: c. Immutis, c.*  
 53. *cum Vinton. de elect. c. prateria, 14. de prob. c. sane 10. de*  
 54. *Regul. Trullus de Canon. Regul. lib. 1. c. 2. Cened. Collect. 165.*  
 55. *ad Decretales, Sarav. d. q. 12. num. 19. Valenz. conf. 43. n.*  
 56. *6. & 7.*  
 Supradicta autem eo magis procedunt, si Episcopus fue-  
 rit simul Abbas, & sic Abbatis & Episcopali simul unita,  
 jurisdictione procederet: quo casu licet non fuerit Reli-  
 giosus, omnimodam exercet jurisdictionem in Canonicis  
 Regulares, etiam in iis quae concernunt Regulam: Lot-  
 57. *ter. de re benef. lib. 1. q. 18. nu. 7. & 14. & latius cum plu-*  
 58. *ribus eod. lib. 1. q. 3. n. 13. Rota apud Coccinum dec. 121.*  
 59. *par. 1. recent. Farin. ubi pluribus alias citat, Barbos. dist.*  
 60. *tract. de Canon. c. 1. nu. 15. Et licet Episcopus in his Ecclesiis*  
 61. *loco sit Abbatibus, ut probat tex. in cap. Nullus, de elect. in 6.*  
 62. *& ponitur exemplum in dist. cap. Causam que, Lotter. su-*  
 63. *pra, n. 4. & 5. tamen quando ei jurisdic-tio Abbatibus non tri-*  
 64. *buitur secundum distinctionem supra relatum, intelligere*  
 65. *debemus esse loco Abbatibus, nec à Jure exorbitat, etiam si*  
 66. *Episcopus non fuerit Regulam professus, sed Sacerdos sae-*  
 67. *cularis: nam eo ipso quod est in Episcopum consecratus, &*  
 68. *dicitur religiosior quovis Religioso: Gloss. ult. in dist. cap.*  
 69. *Nullus, de elect. in 6. Barbat. in d. Clem. 1. num. 37. in vers.*  
 70. *Ego allego Glossam, eod. tit. Lotter. d. q. 18. num. 7. & haec do-*  
 71. *ctrina magis casui nostro applicatur, in quo Episcopi in Ec-*  
 72. *clesiis Cathedralibus Regularibus loco Abbatibus sunt, &*  
 73. *Regulares loco Canonicorum: per plures quos sequitur Sar-*  
 74. *av. d. q. 22. n. 18. ubi num. seq. idem procedere affirmat in*  
 75. *Collegiatis: atque ideo respectu Monachorum non dicitur*  
 76. *Episcopus, sed Abbas: Panorm. in d. cap. Causam que, el*  
 77. *primero, num. 9. de Judic. Sarav. num. 21. Ad idem videndus*  
 78. *late Lotter. de re benef. d. lib. 1. q. 18. ex num. 4. usque ad 8.*  
 79. *Quare hanc jurisdictionem Episcopi privativam, non cum-*  
 80. *mulativam esse certum est: licet enim in dubio jurisdic-tio*  
 81. *conferatur data cumulativa, Roman. conf. 391. num. 1. Ad-*  
 82. *dit. ad Felin. in cap. Pastoralis, ex n. 1. de offic. Judic. Ordin.*  
 83. *tamen haec Regula intelligitur respectu illius, qui jam ha-*  
 84. *bet jurisdictionem; tunc enim si alteri fuerit concessa, cum-*  
 85. *mulative intelligitur: de istis vero Ecclesiis, Episcopi fun-*  
 86. *di fuerunt loco Abbatibus Monachorum, qui habet jurisdic-tio-*  
 87. *nem, & propterea dari privative certum est; cum non sit*  
 88. *alius cum quo daretur cumulativa: ut optime ratiocinatur*  
 89. *Rota in Montis regalis Jurisdic-tio. 27. Novembris 1606. coram*  
 90. *Coccino, quae est inter impressas decis. 316. & dec. 121. par.*  
 91. *1. recent. Farin.*  
 Ex qua doctrina colligitur, frustra Lotter. in d. q. 18. ex  
 92. *num. 8. cum pluribus sequentibus, torqueti, probando Episcop-*  
 93. *um habere jurisdictionem in subditos, absque differentia*  
 94. *an concernat Regulam nec ne; & caute esse legendam Ro-*  
 95. *tae decisionem 69. n. 2. p. 1. recent. Farin. ex quibus nu. 14. &*  
 96. *seq. conclusionem elicit in hunc modum: Episcopus competit*  
 97. *omnimoda jurisdic-tio in Canonicos Regulares sua Cathedralis;*  
 98. *Abbatibus & Episcopalis, simul unitis potentis: per doctrinam*  
 99. *Abbatibus in cap. Causam que, n. 10. licet in his quae ad Regulam*  
 100. *pertinent, vicaria utatur potestate Monachi alicujus tamquam*  
 101. *melius versati in his quae ad Regulam hujusmodi spectant. Et*  
 102. *hanc fuisse mentem Joan. Andr. & Gemini. in d. c. Nullus,*  
 103. *affirmat. Quod mihi, salva pace tanti Viri, non placeat;*  
 104. *quandoquidem duas esse Cathedralium Regularium spe-*  
 105. *cies reperio; unam Canonicorum, aliam vero Monachor-*  
 106. *um; ut est illa Metropolitana Montis regalis in Sicilia? In*  
 107. *prima Episcopum esse loco Abbatibus credo, quia Abbas non*  
 108. *reperitur, sed tantum Prior, qui limitata habet jurisdic-tio-*  
 109. *nem, ut latissime probat Valenz. conf. 43. per totum: in se-*  
 110. *cunda vero cum ultra Episcopum reperitur Abbas, ejus*  
 111. *jurisdic-tio quoad contententia Regulam servari debet:*  
 112. *nec injuria fit Episcopo, cum Monachi de Jure exempti*  
 113. *sint, & in omnibus aliis circa gubernium Ecclesiae, extra*  
 114. *casum Regulae, Episcopo subint; & quo pacto Auctoritas*  
 115. *Ro-*



123 Fructus vero harum Ecclesiarum Sede vacante ad Successorem de Jure spectant, *cap. Quia sepe, de elect. in 6. Clem. Statutum, eod. tit. Rota in Salamantina residentia, 12. Decembris 1578. coram S. Clem. VIII. approbata in dicto Gerunden. quæ est decisio 75. post tract. Tambur. n. 14. Boet. dec. 340. Covar. in c. Relatum, el. segundo, n. 3. de testam. Barbo. in Collect. ad tex. in d. c. Quia sepe, n. 3. Capitula vero quæ in tali administratione immiscuerant, eam occupando, suspensionem incurunt; *d. cap. Quia sepe*, non quod in Communicatam feratur suspensio, sed in singulos Communitatis: prout explicat Suar. *de Cons. tom. 5. disp. 28. sect. 6. & 7. Ad idem videndus Bonac. de Suspens. disp. 3. qu. 4. p. 101. 15. dispositio vero text. in d. c. Quia sepe*, non habet locum in Ecclesiis inferioribus Cathedralibus & Collegiatis exemptis; sed dispositio text. in *cap. Presentis, de offic. Ordinis in 6. ut ibidem notavit Barbo. n. 7. & dispositio text. in d. cap. Quia sepe*, habet locum etiam si bona fuerit communia Episcopo & Capitulo: nam pro parte Episcopi, debent reservari futuro successori quotiescumque non deveniunt ex re individua, prout est collatio beneficiorum; *secus vero si ex dividua prout sunt fructus: quo casu licet Capitulum succedat in administratione, non tamen in dominio: ut late decidit Rota d. dec. 75. n. 16.**

130 In dubio autem, Ecclesiæ, & earum beneficia secularia præsumuntur; ex generali juris conclusionem, quæ dicitur in dubio omnia beneficia secularia præsumi, ex primæva S. Petri Apostoli institutione, qui secularis erat: Mascard. *de probat. concl. 172. Beneficium regulare, n. 4. Franc. Tondut. de Sanleg. in q. benef. p. 1. c. 40. n. 1. & diximus c. 14. de Eccles. Cath. sec. presen. statum.*

131 Vetiù quia diximus duo posse esse Capitula, ut accidit Mediolani in Ecclesia sancti Ambrosii, de qua præter supra allegata adest decisio Rote 1408. coram Penna inter impressas secundum Lugdunensem impressionem, dubitari potest an Episcopo in Pontificalibus celebrante, finito officio, si Abbas celebrare debeat, an sit amovendum Baldachinum, & Sedes Episcopi: Et dicendum est non posse amoveri: nam cum Episcopus intentionem habeat fundatam à Jure, etiam respectu Monasteriorum & Regularium, & respectu Exemptorum in quacumque Ecclesia, explorati Juris fit posse Episcopum in Pontificalibus celebrare, inferitur optime Serlem Episcopalem ad divina celebranda posse constitui jubere: ut optimis fundamentis declaravit Rota in dicta decisio Pennæ 1408. quam omnino vide.

134 Sed quia materia hujus Capituli non est communis Episcoporum Regularium, idè de ipsis in præsentem non agimus: tantum enim sufficit Lectorem remittere, circa varia dubia, ad ea quæ scripta reliquit Riccius *lucubr. Eccl. lib. 2. cap. 11. cum seq. Circa Canonicos vero istarum Ecclesiarum, plura poterant item congeri: pro nunc vero dicas eorum Dignitatem tantam esse, ut non solum Canonicali istos Canonicos fulgere, verum etiam Episcopali, ex Constitutione Benedicti XII. colligi doceat Philippus Porcius *conf. 164. nu. 4. ubi de Archiepiscopatu nostro Cæsaraugustano loquitur; quem dicit præesse Canonicorum Regularium Congregationi, quemadmodum de Avenionens. Ecclesiam enumerat. Verum nostra Cæsaraugustana à Clem. VIII. fuit secularizata anno 1604. & id quod ab hoc Auctore de hac Dignitate refertur, simile est Conciatoriibus, qui dum Sanctos laudare volunt, supra id quod debent extollunt: contra quos rectè in venit Theophilus Raynaudus in tract. quem *Diphyca Mariana* appellat; in prologo, n. 1. quibus, & ipsi Porcio convenit D. Augustini sententia in *cap. Loentio, distinct. 38. dicens: Locutio divinarum Scripturarum secundum cuiusvis lingue proprietatem accipienda est: habet enim omnis lingua sua quædam propria genera locutionum, quæ cum in aliam transferuntur, videntur absurda: ut ad hoc propositum ponderavimus in tract. unica Cathed. Cæsaraugust. c. 3. n. 8.***

Huc usque præsentis capituli discursus devenerat, quando occasione accepta cujusdam hitis verentis in Tribunali Supremo Regiæ Audientiæ Cæsaraugustano in prima instantia, nunc vero in secunda per viam appellationis ele-

tionis juris firmæ in Tribunali Domini Justitiæ Aragonum, inter Illustrissimum Dominum Archiepiscopum Cæsaraugustanum, & Ecclesiam Regularem Beatæ Mariæ del Pilar Cæsaraugustanæ, in memoriam reduxi, quod cum Illustrissimus Dominus D. Petrus Apolaza Cæsaraugustanus Archiepiscopus vellet illam Ecclesiam ingredi, tum ad reverendam Beatissimam Virginem ex singulari devotione, qua omnes Cæsaraugustani illam prosequuntur, pro suo maximo erga nos amore ac beneficio fuit miraculose apparitionis, de qua alibi sepe mentionem fecimus, tum ad visitandum Parochiam, impeditus fuit ab illius Canonici sub prætextu quod Ecclesia illa erat exempta: quod cum confecti non potuissent, ad Ecclesiam illam venerabilem accedere, per viam apprehensionis (ita recusatam illum nos vocamus ad Tribunalia secularia supradicta) impedire, procurantur, intendentes nec Illustrissimum Archiepiscopos ibi cum Cruce Archiepiscopali ingredi, nec celebrare in Pontificalibus, nec assistere in Sede Pontificali tam in Choro, quam in Altari majori, nec coram se facere celebrari posse; ut alia omittam: imò ab ipsis omnia hæc prohiberi posse: quæ omnia cum in sententia Regiæ Audientiæ amissis, per viam appellationis ad Curiam Justitiæ Aragonum accesserunt, ubi actualiter lite pendente super his in sacra Rota, prætendunt d. Ecclesiam fuisse & esse Cathedrali infimam cum Metropolitana: mirabile quidem dictum, quod reperitur Ecclesia Metropolitana, cujus Archiepiscopus Cruce uti non potest in ea, nec celebrare absque licentia Canonicoꝝ. Sed his omittis finem huic capiti imponamus. Imò his sic præhabitis, Cathedralitatem unitivam cum Metropolitana in sacra Rota obtinuerunt; sed adhuc speramus victoriam, Deo favente, qui veritatem est periclitari permittit, nunquam tamen perire vult: Sanctissimus enim D. Alexander Papa VII. causam fidei evocavit, ubi nunc pendet quando hæc scribimus Anno 1663, *de secunda Augusti.*

Si vero plura de origine harum Ecclesiarum, & Canonicorum Regularium institutione, progressu, mutatione, privilegiis, & diversarum Ecclesiarum statu scire velis? contule lætissime Danielem de Nobilibus *disputat. 44. in Addition. ad num. 13. ex num. 7. cum pluribus sequentibus*, ubi plura invenies. Unum tamen omittere nolo, non repugnare in Cathedralibus Regularibus reperiri posse plura beneficia secularia, quæ à Regularibus non conferantur nec provideantur: Duranus *decisione 92. numer. 17. de quibus quædam extant exempla in Hispania, ut Pamplionensis in regno Navarra; & Dertusensis in Catalonia; in quibus omnes Portionarii & Beneficij secularis sunt; imò in Montis Regalis Metropolitana Ecclesia sunt Canonici Monachi Sancti Benedicti, & omnes Clerici secundigradus sunt secularis: ut ex pluribus sacra Rota decisionibus coram Coccino hic allegatis satis patet. De Canonicis vero Regularibus adest optima decisio Rote 75. post tract. Tamburini de Jure Abbat. & quando Regulares præsumantur? vide Tondutum de Sanlegerio in *questione 80. per tamam. Quid si delinquant, extra Claustra vivendo de licentia Episcopi, in Parochiali unita? videndus Barbo. in Collect. ad Concil. sessione 6. de reformat. cap. 3. numer. 4. Et quid de eo qui sine licentia extra Claustra degit? vide eundem ad sessionem 7. de reformat. cap. 14. nu. 4.**

CAPUT XXXII.

De Ecclesiis Cathedralibus captivis in manibus Infidelium; sive ab hostibus detentis.

SVM MARIVM.

Athenienses officia literaria ab officio militum separabant, 1.  
 Bella demoni introduxit in celo; Cain in terra, 2.  
 Romulus bellorum introductor, & quomodo, 3.  
 Militia nomen à quo originem trahat, 4.

Bellorum mala, 5.  
 Religioni amissio ex bellis, 6.  
 Exemplum in Aragonia Corona, & Catalonia, 7.  
 Ecclesia quibus modis dicatur captiva? Vbi plura exempla, 8.  
 Ecclesia Cæsaraugustana quo tempore captivata; quando, & ubi, & ex qua parte restituta, 9.  
 Cathedralis in manibus Infidelium detenta, Cathedralis est, vel Metropolitana, vel Patriarchalis sicut prius, 10. 38. & 40. 49. 113.  
 Assumpti ad Ecclesiam captivam verè sunt Episcopi, 11. 13.  
 Episcopi harum Ecclesiarum quomodo nuncupentur, 12.  
 Ad titulum huius Episcopatus captivus rectè quis potest promoveri, 14.  
 Beneficia, quæ antea obtinebat talis promotus, non vacant, 15. 119.  
 Beneficia promoti ad Episcopatum, quando vacant, 16. 119.  
 Stylus Cancellariæ attendi debet, 17.  
 Episcopi harum Ecclesiarum, Ecclesias habent, sed sine administratione, 18. 31. & 137.  
 Ad Concilium generale sunt vocandi, 19. Contra, 24.  
 Omnia possunt, quæ sunt Ordinis, & Dignitatis, 20.  
 Sunt ultimi in loco, licet primi in Consecratione, 21.  
 Idem procedit in Archiepiscopis, & Patriarchis Titularibus, 22. 137.  
 Comitibus soliti non retinent Dignitatem, sed tantum nomen, 23.  
 Negotia Concilii generalis in iurisdictione consistunt, 24.  
 Concilium generale ex quibus Episcopis componatur, 25.  
 Patriarche quatuor Titulares vocantur ad Concilium generale, 26.  
 In Concilio generali transgreditur ratione Dignitatis, 27.  
 Episcopi non admittuntur in Concilio generali ante Consecrationem, 28.  
 Illi qui assunt vice totius Ordinis Episcopalis vocantur, 29.  
 Episcopi in Concilio generali tanquam Apostolorum successores suffragium dant, 30.  
 Episcopi Ecclesiarum captivarum non carent iurisdictione, sed exercitio, 31. 137.  
 Pontificalia exercere non possunt sine Episcopi licentia in cuius territorio sunt, sub pena suspensionis per annum, 32.  
 Nominè Pontificalium quædam intelligantur, 33.  
 Redente civitate, Cathedralis redit cum privilegiis & honoribus, 34.  
 Ex restitutione rei ad pristinum statum, nemini fit iniuria, 35.  
 Episcopi & Prebendati licet incompatibilia obtulerint beneficia, ad captivam Ecclesiam restitutam possunt reverti, 36.  
 Destructa Ecclesia, & amissa privilegia, non redeunt etiam si iterum edificetur, 37.  
 Separato exercitio, non separatur Dignitas, 39.  
 Episcopo captivo, eius Dignitas conferri non potest, 40.  
 In restitutione Cathedralium captivarum quid observandum, 41.  
 Beneficia Ecclesie captivæ an inducant incompatibilitatem, & an de eis sit faciendâ mentio in impetratione, 42. & seqq. 47.  
 Ha prebenda vacant, & conferuntur, 43.  
 Vel adest spes recuperationis civitatis, vel non; & differentia utriusque casus, 44.  
 Cure habituales quo casu faciendâ est mentio, ibi & 45.  
 An prebende harum Ecclesiarum comprehendantur in decreto Concilii suscipiendi Ordines, & alia onera Cathedralium, 46.  
 Spes redeundi in his Cathedralibus ex quibus deducatur, 47.  
 Terra sancta, & alia occupata ab Infidelibus naturam pristinam conservant, 48.  
 Nec Patriarchatum vel Episcopatum amittunt, ibid.  
 Recuperata Civitate, bona Cathedralis recuperantur per viam restitutionis, 49.  
 Captivitas matrimonium non extinguit carnale, nec spirituale, 50.  
 Ecclesia captivæ desinit esse loca sacra & religiosa, & quare, 51.  
 Private, vel captivæ Ecclesie differentia quoad Cathedralitatem, 52.  
 Frances de Eccles. Cathed.

Restitutionis, ex eo quod cessavit causa, vel quia cessavit delictum quia remissum fuit, differentia, 53.  
 Delictum remissum à Papa plenissimè cum derogatione iuris Tertii quod operetur, 54.  
 Episcopi harum Ecclesiarum locum & honorem ceterorum Episcoporum in omnibus functionibus habent, 55.  
 Comes pulsus à Comatu sedere debet inter Comites, 56.  
 Episcopi Regulares harum Ecclesiarum, non sunt subiecti Superioribus sui Ordinis, 57.  
 Pauperes inferiorem ceteris non facit Episcopum, 58. 130.  
 Privilegium loquens de Ecclesiis destrullis, non capit Ecclesias depopulatas, 59.  
 Recuperata Cathedrali captivæ Patronus omnia recuperat, arma, &c. 60.  
 Privilegia & indulgentias recuperant hæc Ecclesie, 61.  
 Cathedrales captivæ in quibus differant ab aliis, 62. & seqq.  
 Solus Papa confert hæc Ecclesias, ibid.  
 Ecclesie Cathedrales captivæ Mendicantibus vel Regularibus non possunt conferri, & quare, 63.  
 Poma Regularium facientium se promoveri ad hæc Ecclesias, ibid.  
 Saculares quare non prohibeantur assumi ad hæc Cathedralis, sicut Regulares, 64. & seqq.  
 Regulares qui non proficiant in Episcopatibus, & quare, 65.  
 Saculares an sint aptiores ad Episcopatum Regularibus, 66. 70. 78.  
 Theologi, an Iurisperiti, sint aptiores ad Episcopatum, 67. & seqq.  
 Questio hæc ambigua, 68.  
 Theologia, Ius Civile, & Canonicum, quid principaliter pertinet, ibid.  
 Iurisperiti invidiosè esse ad Episcopatum quis dixerit, & quomodo reprehendantur, 69.  
 Saculares quare aptiores Regularibus ad regendas Episcopatus, 71.  
 In Episcopo, quæ scientia requiritur, 72.  
 Imperitus verum secularium non est ordinandus Episcopus, 73.  
 Scientia, & experientia requiritur in Episcopo, 74.  
 Scientia temporalium quantum proficiat Episcopo, 75.  
 Temporalium scientia quomodo utendum pro gubernatione, 76.  
 Episcopus non solum debet habere scientiam utriusque Testamenti, sed etiam Iuris Canonici, 77.  
 Regulares non habent scientiam iuris Canonici, 78.  
 Ecclesie captivæ quare tam sepe conferantur seu provideantur, 79. & seqq. 83. 85.  
 Fr. Franciscus à Pamplona Capuccinus, D. Tiburtinus de Redin in seculo vocatus, vir nobilitate & sanctitate pollens laudatur, 80.  
 Pontifices in ordine ad spiritualia tam in infideles quam in fideles supremam habent potestatem, 81.  
 Papa terras Infidelium Christianis Principibus potest donare pro augmento Religionis: ubi exempla, 82.  
 Episcopi harum Ecclesiarum creantur ad subveniendum Episcopis senibus & imptidit, 83.  
 Sub quibus conditionibus creantur, 84.  
 Congrua, quæ dari debet hic Episcopi, ibid.  
 Episcopi hi provideantur ne Ecclesia ille captivæ derelicta videantur, 85.  
 Episcopi Titulares harum Ecclesiarum assunt Romano Pontifici, & quare, 86.  
 Nuntii Apostolici quare ex his Episcopis assumuntur, 87.  
 Ad sedandas discordias præcedentia assumuntur, 88.  
 Episcopis deficientibus ob bella, Titulares mittuntur in Pontificalia exercant, 89.  
 Causa reprehenditur qui hos Episcopos sine causa esse in Ecclesia dixit, 90.  
 Episcopus, cuius Cathedra est captiva, & aliquos retinet subditos, in illos omnimodum exercet iurisdictionem, 91. 137.  
 Episcopi hi possunt Synodum Diocesanam congregare, 92.  
 Episcopus quid possit facere cum subditis suis extra Territorium, quod prohibeatur, 93.  
 Episcopi hi Titulares possunt Ecclesiis suis mittere Vicarios generales cum omnimoda potestate, 94.  
 Ipsi Vicarii possunt omnia, quæ facere licet, Episcopo in longinquis absente, 95.